

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Peter Hinckelmann Joachim Jordan

**De Papismo Disputatio Anasceuastica Duodecima. Continens praecipuos
Romanae Synagogae errores refutatos, quos ea fovet in loco De Bonis Operibus**

Rostochii: Litteris Reusnerianis, 1607

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756804299>

Druck Freier  Zugang



P. Kinkelmann.
R. N. Thol. 1607. 8.

Contenta		
①	Hlr. Luselius, De loco pma et res	1607
②	Joach. Henningius, De communicatione maiestatis	1607
③	Joach. Fischerus, De peccato originali	1607
④	Heid. Kirchovius, De arbitrio boni	1607
⑤	Joh. Redekerius, De discriminatione legis ev.	1607
⑥	Herrn. Textorius, De justificatione	1607
⑦	Joach. Jordanius, De bonis operibus	1607
⑧	Joan. Lutetius, De sacramentis	1608
⑨	Joach. Henningius, De sacramentis coenae	1608
⑩	Heid. Kirchovius, De sacr. confirmationis	1608
⑪	Joh. ab Huda, De traditionibus	1608
⑫	Paul Brinno, De votis monachis	1608
⑬	Nic. Fridericus, De adiaphoris	1608
⑭	Herrn. Hamerius, De oratione	1608
⑮	Petr. Loft, De indulgentiis	1608
⑯	Joh. Albinius, De morte	1608

A. g.

DE PAPISMO
DISPUTATIO ANASCEVASTICA
DVODECIMA.

Continenſ præcipiuos Romana Synagoga erro-
res refutatoſ, quos ea fovet in loco
De.

BONIS
OPERIBUS.

Reverende facultatis Theologicae in Academia
Rostochiensi consensu;

Moderatore & Doctore S.S. Spiritu:
Sub Praesidio

M. PETRI HINKELMANNI
Verbi Divini ministri;

ad privatam ouȝt̄m̄ propoſita

IOACHIMO IORDANO
Lunæburg. Sax.

Horis locoḡ solis. 5. Idus Decemb.

1607. 1607.
ROSTOCHII,

Litteris Reusnerianis An. 1607.





DISPUTATIO XII. DE BONIS OPERIBUS.

Προλεγόμενα

I.

 *V*M superiori συζήτησι Orthodoxa, de gratia ho-
minis peccatoris eoram Deo justificatione, doctrina
explicata, ex Scriptura S. confirmata, & Pontifi-
ciorum ἐπερθέδωσαν erroneis opinionibus opposita
sit, convenientissimus requirit ordo, ut articulum
de fructibus justificantis fides, bonis scilicet ope-
ribus, tanquam effectum sua causa subjiciamus.

II. De quibus non minus eleganter quam pīe inquis D. August: lib. de fid.
Bona opera non procedunt justificandum, sed sequuntur justificatum. & b. op.
Nec enim vera fides potest esse otiosa, sed inßar bona & fructuosa ar-
boris bonos fructus producit: Et quemadmodum lumen efficax est
sparsione radiorum; ita hac præcipue est iheroyphus per charitatem &
alias virtutes.

III. Quia verò adversarius noster diabolus (novit enim quod mo-
dicum tempus habeat) hoc unicè sibi propositum habet, ut, quando- Apoc.12.12.
quidem Christo duci & capiti nostro viri inferre nequit, nobis, Christi
membris, & sub vexillo ejus strenue militansibus, maculam inurat, &
à via veritatis nos abducatur; probè notanda est illius astutia, ipsi fermè
perpetua, quod tunc sibi maximam victoria adipiscenda spem polli-
ceatur, si tesseram militia Christiana corrumpat.

IV. Hinc tot errores in Ecclesiam Christi per organa sua inducit, eos

A 2

inser

inter docentes rixas movere, ut ne unicum quidem fiduci articulum intentatum reliquerit, quin adversus singulos singulas heres excitarit.

V. Nobis igitur quia propositionem est, Romanensium cressissimos errores ad Lydium Scriptar. & lapidem probare, eos quos in hoc articulo de bonis operibus fovent (fovent autem & re & numero maximos) aspirante divino nomine examinabimus.

VI. Quod ut commodius fiat, primarios & maxime controversos seligemus, & in sequentia 3. capita distributos perspicuis & brevibus, quantum fieri poterit, refutationibus excipiemus.

I. Breviter examinabimus questionem, An facienda sint bona opera, & quanam ea sint.

II. Proponemus controversiam de perfectione eorundem; Et quomodo Deo placeant.

III. De eorum meritis agemus.

Qua verò firmissimis nostris fundamentis opponant adversarij, & imprimis verbosissimus illorum Antesignanus Bellarminus, de illo in ipso disputationis congressu oīy. gen. agemus.

CAPUT PRIMUM.

An facienda sint b. op. & quænam illa.

Primus Error.

Communis Romanen- Lutherani, dum prohibent bona opera, fenestram sium cayil- peccandi aperiunt: Siquidem existimant renatos prorsus liberos esse ab observatione mandatorum Dei, & latio. Conc. Trid. nihil esse præceptum præter fidem, cætera omnia esse in- c. II. Tr. C. can. indifferentia.

19.

REFUTATIO.

I. Non novam esse diaboli, Orthodoxæ veritatis hostis infessissimi, quam per Esavitas, organa sua fidelissima, Ecclesia Christi his postremis temporibus aspergere laborat maculam, quasi illa, excludens opera ab articulo gratuitæ justificationis peccatoris coram Deo, fenestram improbis ad omnis generis sceleræ & nequitiam aperiat, sed vetustissimum

enam ecclesium & malitiosam eriminationem, non solum ostendit nobis exemplum Pauli, pessime à iusticiarijs tradacti, quasi docuerit, facienda esse mala ut eveniant bona: Verum ipsius etiam salvatoris nostri testimonium, cui, cibum cum peccatoribus capienti, idem à scribis & Pharisaeis objectum fuit.

Rom. 3, 8.

Matth. 9, 11.

Luc. 15, 2.

c. 11, 19.

II. Quia verò insigni huic Monachorum mendacio, mox sub primam Ecclesiarum reformationem, à B. Luthero præstitam, cùm varijs Orthodoxorum scriptis, tūm verò præcipue articulis 6. & 20. Aug. Conf. obviam fuit itum; nec non ex earum questionum, quas liber Christiana Conc. pertractat, diexodo impudentissima ac Sycophantica ejusdem calumnia stupenda vanitas patet luculentissimè, cæhinno prius dignum illud esse, quām refutatione majori, vel cuivis notum.

III. Adversarij autem, (quorum conscientijs non ignotum, falso illa nobis tribui) quia ideo hanc questionem tām operose disputant, us rudioribus fucum faciant, quasi illa esset porosissimum inter nostram & illorum Ecclesiam, in hoc loco controversia. An facienda sint bona opera? quorum possessionem apud se solos esse gloriabantur, paucissimis Orthodoxæ Ecclesie sententiam & fundamenta, ex limpidissimis Israëlis fontibus hausta, subjiciemus.

IV. Ac primò quidem, impium & execrabilem esse priscorum hereticorum, Basilidis & Gnosticorum, aliorumq., studium honorum operum tollentium, errorem, nostrorum scripta non solum, sedis gravia & frequentia, verum etiam præcipue ipsa vox legis, quotidie in Ecclesiis nostris sonans, luculentum dicunt coram toto mundo testimonium. Hereticorum itaq; es & Epicureorum opinio, contemnere & prohibere bona opera.

V. Sententiam verò nostram, quod bona opera non omittenda, sed summa observatione & diligentia facienda sint, confirmant. 1. Scriptura dicta: Tit. 2, 14. Qui dedit semel ipsam pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniusteitate, & purificaret sibi ipsi populum ζηλωτὴν καὶ λόγον ἐγγεγένετο. 1. Thess. 4, 7. Rom. 6, 15. Matth. 7, 19. Ephes. 2, 10. Psal. 34, 15. Ephes. 4, 22. Rom. 13, 12. & similia his quām plurima,

quibus abundat codex biblicus, ad quae, brevitati studentes, candalum lectorem remittimus.

a) 1. Tim. 5, 8.
b) Gal. 5, 6.
c) 1. Joh. 3, 7.
d) Ef. 6, 3.
e) Phil. 1, 11.
f) Gal. 5, 22.
g) Iac. 3, 17.
a) Ioh. 15, 2.
b) Rom. 6, 18.
c) 12, 1. c. 13, 8.
d) Gal. 5, 16.
e) 6, 1.
f) Eph. 2, 10.
g) 4, 1. 2, 3.
a) Theff. 4, 3.
b) Matth. 5, 16.
c) Luc. 10, 27.
d) Luc. 17, 10.
e) Rom. 8, 12.
b) 1. Tim. 1, 18.
2. Tim. 4, 7.
c) 1. Tim. 4, 8.
d) Bellarm. t. 3, l. 4, de
c. 1, 3.
Tappus pag. 138.
Conc. Tri. C. 10, can. 10.

V. 2. Fidei proprietas. Neg. enim ea in renatis esse potest absq; operibus sicut nec in naturalibus quoq; causis omnibus integris & incorruptis, non potest effectus non sequi: Imo (a) absq; eius fides prorsus mortua: (b) per charitatem squidem operatur, & (c) qui iustitiam exercet, justus est. Vnde (d) p̄ij vocantur arbores iustitia, & opera illarum (c). Paulus nominat fructus iusticia (f), fructus spiritus eius: (g) Jacobus, Fructus Sapientia, quae è supernis est.

VII. 3. Ipsa necessitas. Necessaria squidem sunt bona opera, tum Dei causa: 1. (a) propter ipsum mandatum. 2. (b) propter ejusdem nominis gloriam. Tum hominis causa dupliciter; respectu nostri & proximi: Proximi quidem: 1. ut ei nostram fidem probemus, & loca exempli simus, cum videat nostra opera. 2. ut cum diligamus tanquam nosmet ipsos, eiq; benefaciamus. Nostri verò; 1. Quia debito sumus. 2. Ut simus grati. 3. (b) Ut fidem & bonam conseruantem retineamus. 4. (c) Propter premia presentis & futurae vita.

VIII. Hec est orthodoxa de hac questione sententia, quam adversarii contra propriam conscientiam (d) publicis scriptis non verentur, inverttere.

b) 1. Tim. 1, 18.
2. Tim. 4, 7.
c) 1. Tim. 4, 8.
d) Bellarm. t. 3, l. 4, de
c. 1, 3.
Bona opera sunt non tantum ea, quæ divinitus sunt mandata, sed etiam, quæ ab hominibus sponte, ex bona intentione, & proprio arbitrio eliguntur, vel ab Ecclesiâ & sacerdotibus injunguntur.

Secundus Error.

Bona opera sunt non tantum ea, quæ divinitus sunt mandata, sed etiam, quæ ab hominibus sponte, ex bona intentione, & proprio arbitrio eliguntur, vel ab Ecclesiâ & sacerdotibus injunguntur.

Refutatio

REFUTATIO.

I. Et hanc esse antiquissimam blasphemiam, & non novum Pontificiorum errorum, de Electijs cultibus, quos non solum ipsius Iehova preceptis equiparare, verum etiam eis anteferre laborant, ita ut majori scilicet sape involvatur is, qui tales Ecclesiasticas, quam qui divinas perfregerit, restatur prater historiam veteris Testamenti (ubi Prophetis Dei varia cum Iudaicis, sibi omnino persuadentibus, opus Deo placens esse, quicquid bona intentione susciperetur, fuerunt certaminis) salvator noster in N. T. qui aliquorū Phariseorum opiniones de Traditionibus seniorum seriè reprehendit.

Andrad. in
Conc. T.
Ex. 32. 1.
Iud. 8. 27.
Matth. 15.
6. c. 23, 23. 25.

II. Quod si verò adversarij per mandata Ecclesia intelligerent illa, qua Ecclesia per ministerium verbi ex Scriptura proponit & præscribit, vel qua non totidem literis in Scripturis comprehensa, ex certa tamē & manifesta Scriptura sententia bona consequentiā deducuntur, nō magnopere contendendum esset, cum non minus sint divinae hac quam illa, que totidem literis exprimuntur: Verū interpres Concilij, Andradius illam limitationem respuit, & hanc differentiam constituit, quod Dei mandata sunt ab ipso Deo in verbo ipsius tradita; Ecclesia vero mandata, sunt de ijs rebus, qua in verbo Dei expressum mandatum non habeant.

Chernni-
tius in exa.
C. T. quæst.
2. de b. o.

III. Sicuti autem Propheta (a) V. T. ut & in N. T. (b) Christus & (c) Apostoli mandata Decalogi suis Antagonistis Iusticiarij opposuerunt, & auditoribus inculcarunt; ita & nos adversa parti expressum Dei verbum obyicimus, eiq[ue] necessarias tres conditiones, qua ad ipsum in*tra* operum requiruntur, opponimus.

a) Es. 8. 20.
b) Matth. 5.
22. & seq.
c) Rom. 13.

IV. Ac primò quidem constent opera necessum est Materia, Eph. 2. 10. quæ est, ut sine præcepta. Alias opus, tamē si bonā intentione suscepimus, bonum nec est, nec esse potest. Sicut enim Deus ipse preparavit bona opera, in quibus ambulare debemus, (d) & decalegum tanquam perfectissimam eorum normam proposuit, ita reliqua (e) extra verbum suscepta rejicit, (f) Apostolus ea iudeohereticis (g) Col. 2. 23. vocat, & hypocrites nomine damnat. Quam verò constanter iustificant primum hoc probationis genus, scilicet Romanensem cuius, nemini est ignorum.

Alterum

V. Alterum requisitum est. **Forma:** fides scilicet nisi merito media-
toris Christi, bona voluntatis & justa actionis genitrix, quae tanquam
anima opera informat, & esse illis dat, quia absente peccata sunt,
& Deum magis offendunt quam nobis reconciliant. Quod enim sunt
Contra 2. bona, id sunt per fidem, sine qua, ut praeclare inquit Augustinus, etiam
Pelag. exemplar illa, que videtur bona opera, in peccata vertantur. Huc conditione
cap. 8. quomodo congruent Papicolarum superstitiones, testis est Andradus.
Anal. Opera placere Deo, etiam ante fidem & sine fide, blasphemos ore affe-
lib. 3. rent.

Matth. 5. 16. **VI.** Tertium necessarium requiritur **FINIS** conveniens, ut opus a
1. Cor. 10. 31. Deo mandatum, & ex fide profectum, etiam tendat ad celebratio-
2. Thess. 1. nem Dei. An vero ad eum dirigant cultus suos adversarij, provo-
12. camus ad illorum conscientias, quae in magno illo Domini die, testes
1. Pet. 2. 12. erunt minimè fallaces.
c. 4. 11.

VII. Cum itaque Pontificiorum electitia opera, non tantum nullum
horum trium requisitorum boni operis habeant, verum etiam ipsi maxi-
mè contrariantur, fallunt & falluntur, dum quodvis quantumvis bo-
num opus, quovis intento suscepimus, vel a sacrificulo loco satisfactio-
nis injunctum, Deo proculu obtundunt.

CAPUT SECUNDUM
De perfectione operum, & quomodo
placeant DEO.

Primus Error.

Tappus
fol. 189. **Opera renatorum** sunt perfecta, ideoque merita salutis
Conc. Tr. aeternae. Si quis ergo dixerit justum in omni bono ope-
sess. 6. can. re aliquid peccare, anathema sit.
25.

REFUTATIO.

Bellar. **I.** Impiam hanc & furilem Suitarum sententiam, & cum primis hor-
tom. 3. 1. 4. rendam, illorum Promachi, sanctissimi (scilicet) patris blasphemiam,
de just. c. 7. quam opera efficienter ad salutem concurrere, somniant, meri-
tò in nostris Ecclesijs damnamus & rejicimus, cum ad trutinam S. S.
appense, ne sanctillum quidem ponderis habeas.

Sicuti

II. Sicut autem dato uno inconveniente plura sequi solent, ita ejus hoc in loco manifestissimum habemus exemplum, cum non solum perfecta esse nugenatur adversarij renatorum opera, sed etiam salutis aeterna meritoria. De posteriori quidem subsequenti capite agendum nobis erit, in presenti, vanissima illa de perfectione operum, somnia, brevibus resutabimus, freti fundamentis S. S. tum quoque confirmari exemplis sanctissimorum, nec non experientia quotidiana edocti.

III. Scriptura dicta quod attinet, sententia nostra vel unus Esaias Esa. 64, 6. patrocinatur, qui conqueritur, immundos nos omnes factos esse, & justiciam nostram universam quasi pannum menstruare. Quae verba Orthodoxam de operibus renatorum sententiam ita confirmant, ut iniquid aoniam facit errorum prorsus destruant: Siquidem ostendunt, opera nostra nequaquam perfecta, sed muila, impura & manca esse, cum nos ipsis facti simus immundi.

IV. Vbi pricipue animadversione dignum, de quibus & personis & operibus Prophetae Dei sermone: Non enim de ethnicis & non re-natis loquitur, sed de renatis & sanctis, cum nec seipsum excludat: Negat vero de peccatis nosris affirmat, quod panno immundo sint similia, sed de justicijs, non aliquibus, sed omnibus.

V. Cui suffragatur gentium ille doctor, qui non hypocriti Pharisei, sed serio spiritu humiliationis opera sua nominat (a) enicata, quisquilias, excrementa, titivilitum: Tum & pasim (b) de sua & omnium sanctorum imperfectione conqueritur.

VI. A quo non alienus regius ille Psaltes, qui (c) infinitis in locis testatur, neminem renatorum in hac vita labe carere.

VII. Cum hisce congruunt exempla omnium Patriarcharum & sanctorum in V. & N. T. (d) Abrahami, (e) Iacobi, (f) Jobi, (g) Danielis, (h) Centurionis, (i) Patris lunatici, (k) Apostolorum Christi, & aliorum.

VIII. Quis queso demum omnium est, conscientiam suam testatus, quis inquam renatorum est, qui non, nisi sibi ipsi blandiri velit, non volens faceri cogatur illam quam sentit in carne sua & in omnibus

a) Phil. 3, 8.

b) Rom. 3, 4.

c) 23. c 5, 12.

c) 7, 14, & seq.

c) 11, 32.

2. Cor. 3, 4.

Gal. 5, 17.

c) 6, 3.

c) Ps. 32, 6.

Ps. 19, 13.

Ps. 130, 3.

Ps. 143, 2.

d) Gen. 18, 27

e) Gen. 32, 10

f) Job 9, 2.

20.

g) Dan. 9, 5.

6, 8, 18.

h) Matt. 8, 8.

i) Mar. 9, 24

k) Luc. 17, 5.

omnibus actionibus, etiam quæ videntur sanctissima, defectum maximum? Quis quaso est, qui membrorum suorum curiosos persentiscens, non frena recusat ducentis Spiritus? Quis ergo seipsum probet, & conscientia propria testimonium poscat.

IX. Non ergo admiranda, non refutanda adeo est, quam detestanda, vanissima & bullata illa Monachorum persuasio, qua contra testimonium propria conscientia & Sp. S. non verentur illam sibi in hac vita polliceri perfectionem, quam in altero illo glorioso seculo expectamus, & quam soli mediatori nostro aquaginum merito solam relinquimus.

Luc. 1. 6.

Col. 1. 28.

2. Tim. 3. 17.

X. Quod verò interdum pīj in S. S. nominantur perfecti, id non de summa perfectione quam lex requirit, accipiendum, sed sic dicuntur. 1. Impatative: Quatenus propter justiciam Christi, fide apprehensam imperfectio illis non imputatur. 2. Inchoative: quia ex fide, per quam persona Deo placet, inchoata, quantumvis imperfecta nova obedientia, quoque accepta est. 3. Comparative: respectu infirmorum, quod magis quam illi Deo servire studeant. 4. Oppositive: Quatenus illorum studium non est hypocriticum, nego exterritum tantum, sed serium & ex imo corde profectum.

Secundus Error.

Andradius
lib. 3.

Bona opera placent Deo, etiam ante fidem & sine fide.

REFUTATIO.

Rom. 14. 23. I. Impudens hoc impudentissimi Suita segmentum, vel unicum hoc Heb. 11. 6. Paulinum tonitru concundit, quando omne quod non ex fide est, peccati nomine damnat, & sine fide impossibile esse, Deo quicquam placere, aperiissimis verbis docet.

II. Quæ enim ratio est persona, eadem & operum, quemadmodum illa Deo non placet, nisi Christo mediatore, tanquam vestre justitia, induit, & nequaquam propria dignitate aut inherente qualitate, ita & hac Deo sunt accepta fide, per & propter Christum, & non propria dignitate aut mundicie, quæ coram ^(a) Deo nulla est.

a) Esa. 64. 6.

Psal. 143. 2.

Daniel. 9.

18.

Arg.

III. Atq; sic renatorum opera Deo placent, tanquam in filiis obedientia^(b) qui praeludente fide Deo patri φιλοσέγω secundum interiorē hominem, ut filij morigeri obediunt, atq; hoc timore filiali, hostias spirituales offerunt, acceptabiles per J. C. propter quem navi & defectus operibus eorum in hac vita adherentes, teguntur & in integrā ac perfectā ejus obedientia absconduntur.

CAPUT TERTIUM.

De meritis operum.

Primus Error.

Bona opera merentur absolutē vitam æternam, quæ merces vocatur & meritum est, & sine ipsis sola fides non efficit salutem.

b) i. Pet. 1.
14.

Compend.
Theolog.
lib. 5. cap. 15.
Bellarm.
Tom. 3.
lib. 4. de
justificat.
cap. 7.

REFUTATIO.

I. Si ulla unquam in Ecclesia Christi blasphemia est exaudita, illa demum est horrendissima, quā impurissimi illi Cacolici adversarij nostri, prater alia tam corporalia quam spiritualia bona, ipsam quoq; salutem & vitam æternam, quam preciosissimo suo sanguine unicè nobis commeruit deindeq; ille servator noster I. C. operibus suis non erubescunt ascribere.

II. Verum cum semper, simul atq; de operum justificatione disceptatur, ad eos scriptura locos decurrant, qui aliquod operibus meritum tribuere videntur, de Meriti nomine pauca præmittemus.

III. Quantum autem illud ipsum offendit in se contineat, magno cum orbis derrimento patet, cum nihil quam Dei gratim obscurare & homines superbiam imbuere potest, quare in Ecclesiam illud à scriptoribus inveniri minimè suisset opus, cum precium bonorum operum significans alio nomine, citra offendit explicari potuisse; In scriptura siquidem non est fundatum, & posteris materiam erroris suppeditavit copiosissimam.

IV. Liceret verò eo ipso pañim quoq; usi sint B. patres, ejus ramen duritiem plerumq; addita interpretatio emollit satis, cum summa sollicitudine caverint, ne ulla ex bonis operibus gloria particula, in hominem derivaretur.

B 2

Cum

V. Cum enim declinante latine lingue puritate, horum vocabulorum, Mereri & Meriti, frequens esset usus, etiam apud scriptores ethnicos in ea significatione, ut simpliciter aliquid consequi, sive ex merito, sive gratis, denotaret, quod innumeris exemplis ex Iulio Capitolo, Lampadio, Spartiano & alijs probari potest: facile mox inde factum, quod in sanctorum etiam patrum scriptis, recepta pridem sunt haec voces in hoc articulo, sed tantum in altera significatione, quam mereri significat dona & beneficia Dei gratis accipere & consequi. Insulfū itaq; sunt Pontificij, quando hoc vocabulum, in priori tantum significatione accipi debere, somniant.

VI. Ad sententias vero quas inter alias nobis objiciunt adversarij:
Eccl. 14. 16. Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum
Heb. 13. 15. suorum. Et Talibus hostijs promeretur Deus: respondemus, latinam
versionem non esse genuinam. Illius enim exemplar Grecum habet:
ενας δέ τοι επί τα αὐτά οἶνος, οὐνούσιος, secundum opera sua inve-
niens: Qua phrasis in S. S. sapissime usurpatur. Ps. 62. 12. Prov. 24.
Math. 10. 27. Rom. 2. 6. 1. Cor. 3. 8. Gal. 6. 5. Reddetur unicuique
juxta opera sua, hoc est, eredentes gratis salvabuntur, & increduli
a) Rom. 6. aeternis paenitentia subjicientur. Hujus vero: πινάκις διοῖς διαφερεῖται
b) c. 3. 24. 28. dōs, talibus hostijs delectatur Deus. Nibilitag, & hic de merito,
c. 4. 5. 6. 16. VIII. Non itaq; impia illorum sententia patrocinatur adeo scri-
c. 5. 1. 19. ptura, ut porius ei inservit in locis reclamitet. Donum Dei est vita
c. 11. 6. aeterna inquit (a) Apostolus: cui dicto conveniunt (b) innumera alia.
Gal. 2. 16. VIII. Neg. Orthodoxa nostra sententia prejudicare quicquam
Pf. 32. 1. potest, quod Merces dicatur vita aeterna, & bonis operibus corporalia
Eph. 2. 8. 2. Cor. 5. 21. & spiritualia pramia promittantur: Non enim ea sunt merita, neg.
Tit. 3. 5. Act. 13. 38. recompensationes, sed gratuita Dei remunerations credentibus ex
c) 1. Tim. 4. gratia promissa (c): Quomodo enim queso illis mereri homo tanta bo-
d) Luc. 17. na posset: 1. Cum nulla sit analogia inter illa & vitam aeternam. 2.
10. Cum (d) sint opera debita. 3. Cum (e) sint imperfecta & (f) legi Dei
e) Es. 64. 6. Phil. 3. 7. propter adherentem carnem non respondeant. 4. Cum (g) non nostra
f) Rom. 7. 14. sint sed S. S. opera. 5. Cum deniq; saltet inchoetur in hac vita nova
g) Gal. 5. 17. obediens

obedientia, & semper in tunc vivendo manens, nunquam ad id eis per-
veniat.

I X. Dicitur autem Merces vita æterna. 1. absolute, sine omni
gratiae respectu, & promittitur perfecta legi divinae praestantibus obe-
dientiam, quæ impossibilis in hac vita. 2. Est merces passionis &
mortis filij Dei J. C. 3. dicitur merces filialis, cum gratuito adoptati-
simus: In qua postrema significazione semper accipitur in hoc articulo.

X. Omnipotè ergo operibus nostris vim & iurem justificandi vel me-
rendi vitam æternam denegamus, & hominem peccatorem gratis, sola
fide (non quatenus est obedientia divina voluntatis, sed quatenus
opponitur effectibus suis b. o. & Dei misericordiam amplectendo, ju-
sticiam Christi cordibus nostris obsignat) coram Deo justificari, & vi-
tam æternam consequi, contra Pontificiorum sententiam scriptura dis-
sentaneam, firmiter asseveramus.

Secundus Error.

Bona opera sunt meritoria trium: Vitæ æternæ, au-
gmenti gratiæ, remissionis pœnæ. Nec passio Christi
sola & totalis causa meritoria est, sed semper cum merito
Christi concurrunt aliquæ operationes nostræ, tanquam
merita, quibus in judicio Dei veraciter fidendum est.

R E F U T A T I O.

I. Cum in praecedentis erroris refutatione satis pro instituto mon-
stratum sit, vitam æternam non esse meritum operum, sed donum Dei,
h. l. ea repetere supervacaneum erit.

II. Quod vero Pontificij urgent bonis op. augmentari gratiam &
remitti pœnas, falsissimum est: Siquidem Christus non est missus ut
justiciam solum inchoet, sed ut ipse sit nostra justitia, non ratione initij
solum sed & medijs & finis. In ipso enim, si bene fundati volumus esse,
necessum est, ut solidam & totalem ponamus justiciam, cum aliud fun-
damentum ponere nequeat.

III. Huic fundamento & lapidi angulari suffulta fides, sola est, quæ
gratiam retinet & auget, ac peccata gratis remitti confidit. Unde

B 3

Paulus

Comp.	
Theol. ver.	
l. 5. c. 15.	
Gabriel.	
Biel. l. 3.	
dist. 13.	
conc. 5.	
Petrus à	
Soto con-	
tra confes-	
siones Wir-	
temb.	
Rom. 6. 23.	
1. Cor. 1. 8.	
30.	
Phil. 1. 5.	
c. 2. 15.	
2. Cor. 1. 21.	
1. Pet. 5. 10.	
1. Cor. 3. 11.	
Ps. 118. 22.	

*Paulus Rom. 3. 28. ait: λογίζουεται Fide justificari homines absq; o-
peribus legis: Quem eundem sensum alijs verbis repetit v. 20. Gal. 2.
16. & 3. 10. Phil. 3. 9. Eph. 2. 9.*

IV. Contumeliosa Bielis blasphemia et opponimus invictissima script:

1. Tim. 2. 5. *fundamenta: V N V S Mediator Dei & hominum homo I. C. Ipse pec-*
1. Pet. 2. 24. *cata nostra pertulit in corpore suo super lignum. Vnde Propheta appa-*
Ez. 63. 3. *rens in visione, affirmat se solum torcular calcavisse: Et patri spiri-*
Ioh. 19. 30. *tum jam jam commissarius alta voce exclamat, consummatum est.*
- V. An vero Sotus ejusq; factionis assecula coram tribunali justissimi
judicis operibus suis constabunt, magnus ille Domini dies manifestabitur.**
- Nos impiam & turbatis conscientijs pernitiosam illam opinionem*
- a) Phil. 3. 8. *cum (a) Paulo rejicimus & damnamus. Et (b) si maximè omnia (quod*
1. Cor. 4. 4. *impossibile) fecissemus, tamè ut servi inutiles cum (c) psalte regio oran-*
b) Luc. 17. *20. dum: Ne intres in judicium cum servis tuis Domine, coram te enim*
c) Ps. 143. 3. *non justificabitur omnis vivens.*

Tertius Error.

Bonaven-
tura l. 1.
dist. 14.
quæst. 8.

*Meritum congrui est, quando peccator facit quod in
se est & pro se, quo congruit & æquum est Deum moveri
& fieri, ut vicissim beneficiat: Meritum condigni,
quando justus operatur & meretur pro seipso, quia ad
hoc ordinatur gratia ex conguo, ut homo per sua bona
opera promereatur de condigno vitam æternam. Meri-
tum digni, quando justus facit pro alio.*

REFUTATIO.

I. *Efficitam hanc rationis humanae, in divinis talpâ magis caceutiens,
distinctiōnem, nusquam in sacris fundatam, eā, quā afferunt ad-
versarij facilitate, nos rejicimus, contraq; eam invictus orthodoxa no-
stra sententia nititur probationibus.*

II. *Non enim Deo persona propter opera, sed opera placent, profecta
à persona fide instructa; (a) sine qua impossibile est quicquam Deo pla-
cere, (b) cum sit peccatum. Quod ipsum vel unico Abelis & Caini
exempli liquet meridiana luce clarius.*

Insuper

a) Heb. 11. 6.
b) Rom. 14.
23.

III. Insuper suprà diximus gratis dari vitam æternam, & omni
justificandi vi opera nostra carere. Quod & D. Aug. inter alia his
verbis annuere voluit: Gratia non est gratia ullo modo, nisi derur gra-
tia omni modo.

IV. Et cum ipsi Scholastici dicant: Passiones majoris esse meriti
quam facta seu opera, videant, quid valeat figmentum hoc operum de
condigno, cum secundum Apost. ne passiones quidem præsens tempore Rom. 8. 18.
ris, condigne sint futuræ gloriæ: Quod si verum, ut verum, E. multò
minus opera.

V. Si vero donum meritis nostris de condigno, aliquid tribuendum
sit, concedimus illud, quod illis prater ^(c) Paulum tribuit ipse ^(d) Ie-
hova; mortem videlicet sempiternam, eamq. comitans omnis gene-
ris mala, & præterea nihil.

VI. Destructo itaq; hoc fundamento, collabescunt omnes reliquæ
portentosæ, & in meritum I. C. consumellosa opiniones, de meritis An-
gelorum, B. virginis, passionum & crucifixarum, suffragiorum, su-
pererogationis, renati alieni, indulgentiarum &c. Discipulus
de temp.
sermone

VII. Verum enim vero, cum his suis ridiculis figuris coram luce ^{150.}
verbi divini subsistere nequeant, latebras quarunt & subversugia,
varij ac mirabilibus technis se involventes, quibus commentitia
sua merita & satisfactiones palliare & excusare conantur. Sic ergo
pergunt.

Quartus Error.

Bona opera ex gratia Dei merentur vitam æternam,
& satisfaciunt pro peccatis, quia à Spiritu S. per renatos
& filios Dei proficiscuntur.

REFUTATIO.

I. Quantum vero hec mutata sit sententia ab illa Compendij Theol. cap. 3. 2. 1.
supra citata; Bona opera mereri absoluevitam eternam, vel consori-
bus, quod dicitur, non est ignotum.

II. Verum impius & putus putidus est praetextus; cum Gratia &
Meritum atq; Debitum se mutuo destruant: Gratia autem servamus, Eph. 2.
& Donum Dei vita eterna. Ergo. Rom. 6.

Quod

III. *Quod verò dicunt: Opera satisfacere, quia per hominem renatum tanquam per instrumentum à Spiritu S. profiscuntur, fucus est Pharisaeus; Cum homo, licet renatus, non sit ex omni parte perfectum sed mutilum ac mancum instrumentum, & caro nostra multipliciter corrupta, bona opera contaminet. Nequaquam ergo satisfacere pro peccatis valent, qua tollantur solo merito I. C. agni Dei immaculati.*

Ioh. 1. 29.

Catechis.
Rom.

Meritum non obscurat Christi passionem sed illustrat magis: Christus enim tanquam vitis in palmites & caput in membra, gratiam suam in eos, qui sibi per charitatem conjuncti sunt, continenter diffundit.

REFUTATIO.

- I.** *Quam verò consentaneum sit veritati, quod dicunt meritum non obscurare sed illustrare passionem Christi, monstrare h. l. necesse non est, cum id ex antecedentibus satis constet.*
- II.** *Quod autē meritum Christi capit is nostri attinet, ambabus manus concedimus ejus effectum & beneficiorum participationem credentibus à Christo communicari, honorem verò nulli. Ipse enim solus torcular presit, & gratis nos à peccato, maledictione legis & morte aeterna redemit, & pretiosissimo suo sanguine tanquam rursum sufficientissimo liberavit. Cui sit laus honor virtus & gloria in sempiterna secula seculorum & locorum Amen.*






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn756804299/phys_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756804299/phys_0019)

DFG



III. Insuper suprà diximus gratis dari vitam
justificandi vi opera nostra carere. Quod & D.
verbis annuere voluit; Gratia non est gratia ullo m
tis omni modo.

IV. Et cum ipsis Scholastici dicant: Paßiones
quam facta seu opera, videant, quid valeat figuram
condigno, cum secundum Apost. ne paßiones quidem
ris, condigne sint futurâ gloriâ: Quod si verum, u
minus opera.

V. Si vero donum meritis nostris de condigno, al
iae, concedimus illud, quod illis prater (c) Paulum
bova; mortem videlicet sempiternam, eamq; comi
ris mala, & praterea nihil.

VI. Destructo itaq; hoc fundamento, collabas
portentosa, & in meritum I. C. consumeliosa opinio
gelorum, B. virginis, paßionum & arumnarum,
pererogationis, renati alieni, indulgentiarum &c.

VII. Verum enim vero, cum his suis ridiculis fe
verbi divini subsistere nequeant, latebras quaris
varys ac mirabilibus technis se involventes, qu
sua merita & satisfactiones palliare & excusare
pergunt.

Quartus Error.

Bona opera ex gratia Dei merentur
& satisfaciunt pro peccatis, quia à Spiritu
& filios Dei proficiscuntur.

REFUTATIO.

I. Quantum vero hac mutata sit sententia ab illa
supracitata; Bona opera mereri absolute vitam aet
eris, quod dicitur, non est ignotum.

II. Verum impius & putus putidus est praetextus
Meritum atq; Debitum se mutuo desiruant: Gratia
& Donum Dei vita eterna. Ergo.

